

de circumstantibus oppressit, ita ut sub tam innumerosa congerie petrarum iam mortuus vel minutatim confractus putaretur inveniri. Porro sanctus Preiectus cum eiulatibus vicinam que aderat basilicam sancti Adiutoris ingreditur, se reum mortis, se interfectorem ipsius hominis proclamat. Lacrimarum inbrem profundens, Dei¹ Sabaoth proclamat² preces, simul rogat, ut lapidorum³ innumera desuper hominem ruentia deiciant⁴, ut saltem vel illius cadaver subtraherent. Qui iussa implentes, que⁵ defunctum putabant, reppererunt incolomem et vivum⁶. Cuius ista fuit⁷ conditio, nisi omnipotentis Dei⁸ misericordissima gratia prestitit hec Preiecti⁹ facere miracula.

Non post multos dies, cum nonnulla¹⁰ signa Dominus per famulum¹¹ dignaretur operare, et eo tempore in predicta urbe Arverna curam pontificalem episcopus vocabulo Felix gerebat¹², Deo iubente, debitum inplevit nature. Cumque eum iam predictus beatus Preiectus apud multa¹³ dolore tumulasset, cum merore redit ad memoriam de visione, quam ante acta tempora dedicerat per patruelem¹⁴ vel matri¹⁵ traditione. Congruum ducit eam universe plebi palam exponere; sed hoc solum ab omnibus in responsum recipiebat, si se sciebat¹⁶ tantam pecuniam auri argentique metalli habere, unde hoc opus queat subire. Illi¹⁷ vero e contrario in responsis reddebat, si Dominus¹⁸ ipsi eundem servitium dare volebat, nullam pecuniarum¹⁹ iuxta auctoritatem canonicam, quod postea rei probavit eventus, se dare credebat.

Tempore vero Felicis pontificis, qui iam obierat, Gariwaldus²⁰, qui tunc tempore leviticum ministerium deserviebat²¹, onus archidiaconati ambierat. Actum est, ut simul sociati quinque de senioribus abbatibus²², id est iam dictus Gariwaldus, sancte memorie iam prefatus Preiectus nec non et Ariwaldus²³, magne fidei sacerdotio prelatus, seu Aginus presbyter, quintus etiam Stephanus diaconus, epistolam unanimiter condiderant, pro eo quod ex clero in predicta urbe principatum tenebant, ut, ubi hi quinque consentiebant, post discessum suprascripti Felicis episcopi regimen pastorem, favente Domino, ipse susciperet. Et hec conditio pro persecutionem²⁴ vel legatura

1) 'Deo' 2a; 'Deum' 2b. 2) pr. m. corr. 'proclamabat' 1. 3) 'lapidum' 2a. b. 4) 'deiciunt' 1, corr. 5) 'quem' 2a. b. 6) 'et viventem' 2a; haec om. 2b. 7) intellegas: 'fuisset c., nisi — prestitisset'. 8) 'qui' add. 2a; 'cuius' add. 2b. 9) 'Preiecto' 2a; 'Preiectum' 2b. 10) 'nulla 1'. 11) 'suum' add. 2a. b. 12) 'gereret' 2a. b. 13) 'apud eandem urbem tum'. 2a; ('a. m.' om.) 'd. tum'. 2b. 14) 'patrulem' 1. 15) 'matris traditionem' 2a. b. 16) 'sciat' 2a; 'sciret' 2b. 17) ita 1; 'Ille' 2a. b. 18) pr. m. superscr. 1. 19) 'pe(c)uniam' 2a. b. 20) 'Gariwaldus' semper 2a. b; variat 1, ut in textu legitur. 21) 'defer viebat' 1, corr. 22) 'abbates' 2b; om. 2a. 23) 'Gariwaldus' 2a. b. 24) corr. 'persecutione' 1.